



Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator
communiter resurgit ad justitiam.**

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 3. Non levi studio, nec parvo conatu recenter conversis opus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

tativè volunt persistere. Ne securus sis, ait D. Augustinus, cum confessus fueris peccatum, tanquam semper paratus ad confitendum & committendum peccatum. Sic pronuntia ini-
quitatem tuam, ut curam geras pro peccato tuo. In Psal. 37.
Quid est curam gerere pro peccato tuo? curam gerere pro vulnero tuo. Si dices curam geram pro vulnero meo, quid intelligeretur, nisi dabo operam ut sanetur? hoc est enim curam gerere pro delicto, semper niti, semper intendere, semper studiosè & sedulò agere ut sanes peccatum. Hoc est curam geram pro peccato meo, faciam omnia quæcumque facienda sunt, ad abluendum & sa-
nandum peccatum meum.

§. III.

Non levi studio, nec parvo conatu recenter con-
versis opus est.

Non levi autem plerumquè ad hoc opus est studio, aut parvo conatu. Etenim ex innatæ quâ nunc languet omnis anima, concupiscentiæ pondere ad mala inclinamur; sic ut difficile sit aduersus hunc corruptæ naturæ nisum ad meliora proficere, aut in bono proposito persistere. Mens etenim mutabilitatis suæ pondere, ait D. Gregorius, ad aliud semper impellitur quam est, & nisi in statu suo arcta L. II. mar. cap. 27. custodia.

custodiæ disciplinâ teneatur, semper in deteriora dilabitur. Vnde nunc cum ad meliora nititur, quasi contra iustum fluminis conatur. Cum vero ab intentione ascendendi resolvitur, sine labore ad

Cap. 28. ima ducitur. Quia enim in ascensu labor est, in descensu otium; intraturos per angustam portam Dominus admonet, dicens: contendite intrare per angustam portam. Dicturus quippe angusta portæ introitum, præmisit, contendite, quia nisi mentis intentio ferveat, unda mundi non vincitur, per quam anima semper ad ima revo- catur.

Isto contentionis fervore, tum maximè opus est, cum non solum communi illo ex primâ prævaricatione ingenitæ concupiscentiæ morbo, sed etiam ex propriorum peccatorum reliquiis animus infirmatur. Ex ipsis enim reliquiis & plura & majora peccati desideria agit in ipso mala concupiscentia, ac per hoc fortiori nisu ad sibi obsequendum animam inclinat, ut jam huic vigilantiori opus sit studio, majorique conatu, ne se ab illa superari sinat, & captivari. Quo conatu dum paulatim proficit, & bona in ipsâ voluntas robatur, & magis ac magis à peccati reliquiis depurgatur. Cui proinde purgationi labore opus est, & longanimitate, ut verè dixerit S. Isidorus:

teriora
titur,
m verò
bore ad
est, in
portam
intrare
ingusta
, quia
udi non
a revo-

*rus : Satis delicate se palpat , qui vult sine la- Lib. 2. sev.
bore vitia superare , dum peccati legem quam sibi c. 32. num.
deserviendo vitiis fecit , sine violentia doloris re- 3.*

secare non posse ? Pluribus id ac pulchre lib.

4. de adorat. prosequitur S. Cyrillus A-
lex. exiguis laboribus hanc rem non per-
fici omnino asseverans , neque ullo mo-
do ab iis qui remissiorem vitam ac volu-
ptuosam amplectuntur.

§. IV.

*Immerito culpatur Manuductio , quod à recen-
ter conversis exigat , ut desinant commodè
& delitiosè vivere.*

IMmerito proinde dicit Appendix nu-
265. Si ergo peccator doleat de præteritis
peccatis , & de cetero proponat servare mandata ,
licet commodè vivat , & nullas alias mortificatio-
nes exerceat , quam illas ad quas obligatur ex
præcepto Ecclesiæ vel vi sui status , verè est con-
versus. Hæc dicens opponit se Manudu-
ctioni , quæ delicatulos illos debitè negat
esse conversos , quibus licet peccatum ut-
cumque displiceat , ac vitæ placeat inno-
centia , animæ justitia , atque in eâ per-
severantia ; tamen delitosæ aut desidio-
fæ vitæ assueti , nondum sese quemadmo-
dum oportet , resolvunt ut recidivum

ca-